Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XXI.

urn:nbn:de:bsz:31-295118

Visual Library

XXI.

EXCERPTA EX CHARTIS VOLUMINIS VEL ROTULI SAN-PETRINI.

Circa ANNUM MCXI.

Quoddam concambium factum eſt inter nos & Sanctimoniales de „ *Waltchilicha.* predium videlicet quod habebant apud villam „ *Bettebur* (*a*) nobis dederunt. & partem predij quod nos habuimus apud „ Sevelt (*b*) viciſſim receperunt. advocatis utriusque Eccleſiæ preſentibus. „ & aliis liberis hominibus quorum nomina ſubſcripta ſunt. *Dux Ber-* „ *tholdus & frater ejus Conradus. Heremannus marchio.* Conradus „ de *Waltchilicha.* Geroldus de *Seercingen.* Erlewinus de *Antreſpach.* „ Erchenboldus de *Hahperc.* Ruodolfus de *Windisleh.* Gerunc de *Brun-* „ *na.* Burchardus de *Gundelvingen.*

„ Waltherus nobilis homo de *Wilheim* cum filiis ſuis tale pre- „ dium quale viſus eſt habere in loco qui dicitur *Ricewilare.* & manſum „ unum apud *Pippindorf.* & pratum quoddam apud *Windibach.* beato „ Petro contradidit. Hujus rei teſtes ſunt *Berhtoldus Dux. Heriman-*

(*a*) Bettberg. (*b*) Seefelden.

„ *nus marchio.* Berhtoldus de *Sparwariſegge.* & frater ejus Erlewinus. „ Fridericus de *Woluah.* Heinricus de *Hardegge.* Walchon de *Gro-* „ *ningen.* Conradus de *Waltchilicha.* Burchart de *Bocheim.* Ruo- „ dolf de *Winulisleh.* Uto de *Crocingen.* Craft de *Opfingen.* Burchart „ de *Dencelingen.*

„ Wolfhelinus de *Tonſula* & filius ejus Hiltibrandus omne pre- „ dium quod apud eandem villam *Schalchſtat* (*k*) habuit.cum manu Domi- „ ni ſui *Ducis Berhtoldi* pro quatuor marcis argenti vendidit Eccleſiæ „ S. Petri. preſente quoque Domino *Herimanno ſecundo Marchione.* & „ pluribus militibus ſuis.

(*k*) Schallſtatt Ditionis Badenw.